

Dominum. et omnium sanctorum. quorum sollem
nitas hodie in conspectu tue maiestatis. re
veratur. **D**omine deus noster tota in diem terrarum
et omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibus
et orationibus. ut in omnibus protectionibus tue rem
aneamus auxilio **I**n eundem christum dominum nostrum.
Ant igitur oblationem servitutis nostrae
et civitate familie tue. **Q**uesumus domine. ut pla
ceas accipias. dies quoque nostrorum in tua pace di
cas. atque ab eterna damnatione nos tri
lectorum tuorum iubeas grege numerari **P**
dominum nostrum **Q**uia oblationem tuam iuris
omnibus que. benedicta **X** assumpta **X**
rationabile. acceptabile que face
meris. ut nobis. corpus **X** et sanguis **X**
delectissimi filii tui domini nostri ihesu christi

MS 612

Sammelband

Ausg. 1. Bd.

31.

Programma

PRORECTORIS ET SENATUS

ACADEMICI

P. P.

In funere præmature infantis

IOANNIS HEN- RICI,

Viri eximii ac præstantissimi


DN. MELCHIORIS GISE-
KENII Academ. Iuliæ Pharmaco-
polæ industrij, *FILIIOLI.*




HELMAESTADI,

E typographéo LVCIORVM,

ANNO MDCCCXXXIII

19.

PRORECTOR ACAD. IVLIAE
M. PAVLVS MVLLERVS
S. S. Theologiae Professor & Superin-
tendens generalis.

STVDIOSAE IVENTVTI S. D.

ertius hodie dies agitur, cum
magnae matri nostrae filiolum
Clarissimi collegae nostri red-
deremus. Solennem tum pro
se quisq; mortalitatis suae cogi-
tationem animo instituit, felicemq; sibi ex-
stinatione hac progressum precatus est. Nunc
ad easdem cogitationes, ac consimile offi-
cium mors iterum quadrimestris infantis
IOANNIS HENRICI GISEKENII, &
nos pariter & vos, *ornatissimi iuvenes*, serio
invitat. Neq; enim obiter mortis olim suae
meminisse aliquem patitur frequens adeo
infantium funus. Etenim si nec illi qui in-
vitae longam spem modò nati erant, effu-
gere subitaneum mortis impetum potue-
runt

runt; quantò minus nos adultiores & mortis necessitati propinquiore, longum aliquod vitæ spacium nobis pollicebimur? Est verò in primis, si quid aliud, è re humani generis, frequenter mortalitatis meminisse. Tum enim de nim de scopo ad quem tendere par est, deq; maximis quæ obtingere nobis queunt sive bonis sive malis deliberamus. Iam verò nihil utilius est, quàm eò currere quò eundum est, idq; acquirere conari, cujus ut fiamus compotes ab ipsâ natura nati, alti, docti sumus. Nemo verò facile scopum attinget, qui ne in oculis quidè illum habet: nec potest non præter propter incertus palari, quia metâ quò pergit animum divisit. Qui igitur & nos sperata illa quondam felicitate non excidamus, si de illâ non nisi perfunctoriè & transcurrente intellectu interdum cogitantes, maximum ævi spatium aut nihil, aut aliud, aut pravè etiam agendo prodegerimus? Cæterum ut in confesso est id quod hætenus diximus, itâ nescio quomodo nos miseri quidvis potius aliud quàm hoc agere malimus.

mus. Nemo non videt ac intelligit, si sanam
consultat mentem, miserrimè hisce in ter-
ris vivi, quippe ubi incerta sunt omnia ac æ-
rumnarum malorumq; plenissima. Nemo
non fatetur in cœlis demum veram nos
manere felicitatem. Nemo non probat, o-
mni operâ studioque omni enitendum ad
beatas illas sedes. Deniq; nemo non conce-
dit, fieri nō posse ut eò perveniamus, nisi il-
le scopus mentis luminibus perpetuò ob-
versetur. Nihilominus tamen plurimos
mortalium itâ videas terrenis hisce adhære-
re, quasi nihil illis beatus sit. Trepidant e-
nim ad mortis sensum, ceu ad maximum a-
liquod malum, cum hæc primus ad cœlum
gradus sit. Interim congerunt sibi divitias
multis laboribus, numquam illis usuri:
captant famam ac honores, deposituri sæ-
pe eisdem infami morte: corpori indul-
gent vt mancipia sui abdominiuis.

Hæc profecto

*Non sani esse hominis non sanus iuret Orestes.
Quis enim de elleboro non statim cogitet,
si quem videat vscis carduis ubi nihil deest
cupe-*

cupediarum ? Atqui haud aliter magnam
nos partem mortales vivimus. Quid e-
nim terrena hæc sunt aliud quàm glandes,
cardui, imò lutum, sordes, quisquiliæ? Hæc
nihilominus appetimus præ cœlesti illa
ambrosiâ atq; nectare. Ridebat hanc sui
ævi insaniam Democritus Abderites : nos
cum Heraclito deploraremus potius, si per-
petuo quodam lachrymarum imbri ma-
dere nostri oculi queant. Nunc, quod
licet, dolemus potius tamen quàm ride-
mus. Gravior enim hic morbus est quàm
utrisum patiatur. Vos verò, *iuvenes or-
natissimi*, sapientius vitam vestram insti-
tuetis. Certè in primis à vobis fieri id par
est, quorum unum studium, una cura est
sapere, *actueri*, ut ille ait,

Edita doctrina sapientum templa serena;

Despicere unde queas alios, passimq; videre

Errare, atq; viam palantes querere vitæ.

Ita inquam vivetis, tanquam mox morituri.

Ita imo nunc vivetis, quasi jam mortui sitis,

victuri non nisi olim. Vt enim Platoni il-

lud non est quod non perpetuum est: sic

A 3

hæc

hæc vita tot morbis distincta, tot ærumnis
oppressa, itâ semper de morte sollicita, ve-
rè vita non est. Spectate infantem, cui
hodie funus faciemus. Natus ille erat hoc
ipso anno, Iulij mensis die decimo, hora 8.
vespertina. Patrem nactus erat Virum ho-
nestum ac suæ artis peritissimum M E L-
C H I O R E M G I S E K E N I U M, Academia
nostræ Iuliæ Pharmacopolam: matrem ve-
rò A N N A M, Viri prud. H E N N I N G I
Dorguhts/Senatoris quondam in Vrbe hac
primarij, filiam. Valuit initio sic satis be-
nè usque in X X V I. Octobris: tum inte-
grum biduum cum febre atque alvi tormi-
nibus est colluctatus. Redditus mox sani-
tati meliorem parentibus spem faciebat;
atque ecce die secundo Novembris hora
quinta matutina atrocissimi illum aggre-
diuntur Epileptici insultus, intraq; alteram
horam tenerum illud corpusculum exani-
mant. Hæc fabula integra est quam in hoc
mundi proscenio egit infans ille. Confide-
rate spacium vitæ. nec dum quadrimestre
est. Considerate mortem. advenit illa ino-
pina-

pinatò, Considerate vitam ipsam. maxi-
mam hujus partem somnus occupavit: non
parvam lachrymæ ac morbi confecerunt:
reliquum nescio quomodo contritum est.
Morbos postremo videte. fuerunt illi tetri,
graves, lethales. Vivimus nos quidem pau-
lò longius, sed profecto cum majore malo-
rũ sensu: quo quia infans liber fuit ne par-
ticeps quidẽ fuisse ærumnarum, quib⁹ nos
ceu sæva quadem tempestate jactamur, ju-
dicandus est. Mortem nondum quidẽ sen-
sim⁹: obrepet tamẽ nõ opinantibus. Minus
paulò dormimus quàm illa ætas solet: ta-
men & magna vitæ portio dormientibus
elabitur, & vigilamus sæpè in dolores, sæ-
pe in peccata. Hactenus enim etiam feli-
cior nobis est infantilis ætas, quod nec cu-
ræ eam torqueant, nec contaminent scele-
ra. Neq; verò infelices infantes sunt, si an-
tea quã vel didicerint aliquid vel laude di-
gnum præstiterint, oppetant mortem. In-
felices essent, si hæc vita quidquam habe-
ret felicitatis. Nunc quoniam non nisi à
morte beatis nobis esse conceditur, pari illi
nobi-

nobiscum conditione sunt. Nec infeliciter
moritur qui jussu summi moderatoris de-
cedit ex hac statione, sivè diù ille sivè brevi
temporis spatio fuerit in excubijs. Quin
notum est illud Menandri: ὅν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν ἀπο-
θνήσκεις νέεσθαι. Cæterùm nos hoc agamus; mors
nobis dulcis videatur, & talis qualis reapse
est, transitus sc. in cœlestē patriam. ita verò
vivamus hïc ut vivamus pòst æternùm.
Vos verò, juvenes optimi, hodie quidem
etiam exequas ibitis defuncto puellulo, ut
qui olim idem vobis fieri velitis. V.O.

Helmstadij P.P.d. vii. Nov. An.

clō lo cXXXIII.




V 17



innumeris gratiis et benedictionibus hanc
viam. hanc **X** innumera hanc sancta **X**
innumera illibata. **X** in primis que tibi
innumera pro ecclesia tua sancta catholica
innumera custodie. adiuuare. et regere
innumera toto orbe terrarum. una cum familia tua
innumera. Rege. innumera **S** innumera nostro **S** et omni
innumera orthodoxis catholice et apostolice fidei
innumera. **M** innumera dicitur famulorum famulorum
innumera. **S** et omni circumstantium quorum
innumera fides cognita est. et nota deuotio pro qua
innumera tibi offerimus. et qui tibi offerunt hoc
innumera facium laudis pro se suis et omnibus pro
innumera ratione animarum suarum. pro spe salutis. et
innumera incommunitatis sue tibi reddunt vota sua
innumera eterno deo uiuis et uero **O** innumera





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

nma
ET SENATVS
M I C I
turo infantis
S HEN.
I,
prasantissimi
DRIS GISE-
ulia Pharmaco-
FILIOLI.
STADI,
VCIORVM,
CXXIII

